de iudea docebãt fres. Nisi circũcidamini more moysi non potestis saluari. Facta ergo non modica dissensione et inquisitione paulo et barnabe aduersus eos constituerunt ascendere paulum et barnabam et alios ex aliis ad apostolos et seniores in ierusalem super hac questione. Illi quidem sic missi perambulabant phenicen et samariam narrantes conuersionem gentium et faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem uenissent ierusalem suscepti sunt ab ecclesia et apostolis et senioribus annuntiauerunt quanta deus fecisset cum illis. Surrexerunt autem quidam de secta pharisaeorum qui crediderant dicentes oportere circumcidi eos et praecipere seruare legem moysi. Conuenerunt autem apostoli et seniores uidere de uerbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret surgens petrus dixit eis. Viri fratres uos scitis quoniam ex diebus antiquis elegit deus in nobis per os meum audire gentes uerbum euangelii et credere. Et qui nouit corda deus testimonium perhibuit dans illis spiritum sanctum sicut et nobis et nihil discreuit inter nos et illos fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid temptatis deum imponere iugum super ceruicem discipulorum quod neque patres nostri neque nos portare potuimus sed per gratiam domini iesu christi credimus saluari quemadmodum et illi. Tacuit autem omnis multitudo et audiebant barnabam et paulum narrantes quanta signa et prodigia fecisset deus per eos in gentibus. Et postquam tacuerunt respondit iacobus dicens. Viri fratres audite me. Symeon narrauit quemadmodum primum deus uisitauit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huic consonant uerba prophetarum sicut scriptum est. Post haec reuertar et reaedificabo tabernaculum dauid quod decidit et diruta eius reaedificabo et erigam illud. Vt requirant residui hominum dominum et omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum dicit dominus faciens haec. Notum a seculo est deo opus suum. Propter quod ego iudico non inquietare eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum sed scribere eis ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum et fornicatione et suffocato et sanguine. Moyses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum praedicent in synagogis per omne sabbatum legitur. Placuit stantibus apostolis et senioribus cum omni ecclesia eligere uiros ex eis et mittere antiochiam cum paulo et barnaba iudam qui cognominatur barsabas et silam uiros principes inter fratres scribentes per manus eorum. Apostoli et seniores fratribus qui sunt antiochiae et syriae et cilitiae gaudere. Quoniam audiuimus quidam ex nobis exeuntes turbauerunt uos uerbis subuertentes animas uestras quibus non mandauimus placuit nobis collectis in unum eligere uiros et mittere ad uos cum dilectis nostris barnaba et paulo hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri iesu christi. Misimus ergo iudam et silam et ipsi per os suum renuntiabunt eadem uobis. Visum est enim spiritui sancto et nobis nihil ultra imponere uobis onus praeter haec necessaria ut abstineatis uos ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffocato et fornicatione a quibus custodientes uos bene agetis. Valete. Illi ergo dimissi descenderunt antiochiam et congregata multitudine tradiderunt epistolam. Quam cum legissent gauisi sunt super consolatione. Iudas autem et silas et ipsi prophetae cum essent exhortati fratres confirmauerunt. Et facto ibi aliquanto tempore dimissi sunt cum pace ab fratribus apostolis. Visum est autem silae manere ibi. Iudas autem solus abiit hierusalem. Et agentes quidam tempus ibi confirmabant ecclesiam docentes et euangelizantes cum aliis multis uerbum domini. Post aliquos autem dies dixit paulus ad barnabam reuertentes uisitemus fratres per omnes ciuitates in quibus praedicauimus uerbum domini quomodo se habeant. Barnabas autem consilium habebat assumere et iohannem qui cognominatur marcus. Paulus autem rogabat eum qui recessit ab eis de pamphilia et non abiit cum eis in opus. Facta autem dissensione ita ut discederent alter ab altero barnabas quidem assumpto marco nauigauit cipprum. Paulus autem elegit silam et profectus est traditus gratiae dei a fratribus. Perambulabat autem syriam et cilitiam confirmans ecclesias praecipiens custodire praecepta apostolorum et seniorum. Venit autem derben et lystram. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine timotheus filius mulieris iudaeae fidelis patre autem gentili. Huic testimonium reddebant qui in lystris erant et iconio fratres. Hunc paulus uoluit secum proficisci et assumens circumcidit eum propter iudaeos qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes patrem eius esse gentilem. Cum autem pertransirent ciuitates tradebant illis custodire dogmata quae erant decreta ab apostolis et senioribus qui erant hierusalem. Ecclesiae quidem confirmabantur fide et abundabant numero cotidie. Transeuntes autem phrygiam et galatiae regionem uenerunt per mysiam et tentabant ire in bithyniam et non permisit eos spiritus iesu. Et cum transissent mysiam descenderunt troadem. Et uisio per noctem paulo ostensa est. Quidam uir macedo erat stans et deprecans eum et dicens transiens in macedoniam adiuua nos. Ut autem uisum uidit statim quaesiuimus proficisci in macedoniam certi facti quoniam uocauit nos deus adnuntiare eis euangelium. Navigantes autem a troade recto cursu uenimus samothraciam et sequenti die neapolim et inde philippos quae est prima partis macedoniae ciuitas colonia. Eramus autem in hac urbe diebus aliquot. Et die sabbati egressi sumus foras portam ubi uidebatur oratio esse et sedentes locuti sumus mulieribus quae conuenerant. Et quaedam mulier nomine lydia purpuraria ciuitate thyatirenorum colens deum audiebat quae dominus aperuit cor intendere his quae dicebantur a paulo. Cum autem baptizata esset et domus eius rogauit dicens si iudicastis me fidelem domino introite in domum meam et manete. Et coegit nos. Factum est autem euntibus nobis ad orationem puellam quandam habentem spiritum pythonem obuiare nobis quae quaestum magnum praestabat dominis suis diuinando. Haec subsecuta paulum et nos clamauit dicens. Isti homines serui dei excelsi sunt qui adnuntiant nobis uiam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem paulus et conuersus spiritui dixit. Praecipio tibi in nomine iesu christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. Videntes autem domini eius quod exisset spes quaestus eorum apprehensos paulum et silam perduxerunt in forum ad principes. Et offerentes eos magistratibus dixerunt. Hi homines conturbant ciuitatem nostram cum sint iudaei et adnuntiant morem quem non licet nobis suscipere neque facere cum romani simus. Et concurrit turba simul et magistratus scissis tunicis eorum iussit eos uirgis caedi. Et cum multas plagas inposuissent eis misserunt in carcerem praecipientes custodi ut diligenter custodiret eos. Qui cum tale praeceptum accepisset misit eos in interiorem carcerem et pedes eorum strinxit ligno. Media autem nocte paulus et silas orantes laudabant deum et audiebant eos qui in custodia erant. Subito autem terraemotus factus est magnus ita ut commouerentur fundamenta carceris. Et statim aperti sunt omnes ianuae et uniuersorum uincula soluta sunt. Expergefactus autem custos carceris et uidens apertas ianuas carceris euaginato gladio uolebat se interficere existimans fugisse uinctos. Clamauit autem paulus uoce magna dicens nihil mali feceris tibi omnes enim hic sumus. Petitoque lumine introiuit et contremuit pedibus ad paulum et silam et producens eos foras dixit. Domini quid me oportet facere ut saluus fiam. At illi dixerunt. Crede in dominum iesum christum et saluus eris tu et domus tua. Et locuti sunt illi uerbum domini cum omnibus qui erant in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis lauit a plagis et baptizatus est ipse et omnes eius continuo. Cum autem perduxisset eos in domum suam apposuit mensam et laetatus est cum omni domo sua credens deo. Et cum diluxisset dimiserunt magistratus lictores dicentes. Dimitte homines illos. Renuntiauit autem custos carceris paulo. Quoniam dimiserunt magistratus ut dimittamini nunc ergo exeuntes ite in pace. Paulus autem dixit ad eos. Caesos nos publice indemnatos homines romanos miserunt in carcerem et nunc occulte nos eiciunt non ita sed ueniant ipsi et educant nos. Renuntiauerunt autem lictores magistratibus uerba haec. Timuerunt autem audientes quia romani essent et ueniunt deprecantes eos et educentes rogabant ut egrederentur de ciuitate. Illi autem exeuntes de carcere introierunt ad lydiam et uisis fratribus consolati sunt eos et profecti sunt. Cum autem perambulassent amphipolim et apolloniam uenerunt thessalonicam ubi erat synagoga iudaeorum. Secundum consuetudinem autem paulus introiuit ad eos et per sabbata tria disputauit de scripturis. Aperiens et insinuans quia christum oportuit pati et resurgere a mortuis et quia hic est christus iesus quem ego adnuntio uobis. Et quidam ex eis credidere adiunctique sunt paulo et silae et ex colentibus gentilium grecorum multitudo magna mulierum autem principalium non pauce. Zelantes autem iudaei et assumentes de uulgo uiros quosdam malos et turba facta concitauerunt ciuitatem et assistentes domui iasonis quaerebant eos producere in populum. Et cum non inuenissent eos trahebant iasonem et quosdam fratres ad principes ciuitatis clamantes quoniam hi qui totum mundum concitauerunt et hi hospitium eius suscepit et hi omnes contra decreta caesaris agunt regem alium dicentes esse iesum. Concitauerunt autem plebem et principes ciuitatis audientes haec. Et accepta satisfactione a iasone et a ceteris dimiserunt eos. Fratres autem confestim per noctem dimiserunt paulum et silam in beroeam qui cum uenissent in synagogam iudaeorum intrauerunt. Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt thessalonicae qui susceperunt uerbum cum omni aviditate cotidie scrutantes scripturas si haec ita se haberent. Et multi quidem ex eis crediderunt et mulierum honestarum gentilium non pauci et uirorum. Cognito autem quod et beroeae praedicaretur a paulo uerbum dei uenerunt et illuc commouentes turbas. Tunc statim fratres dimiserunt paulum ut iret usque ad mare. Siluanus autem et timotheus remanserunt ibi. Qui autem deducebant paulum perduxerunt illum athenas et accepta mandato ad silam et timotheum ut uenirent ad illum cito profecti sunt. Dum autem athenis expectaret eos paulus incitabatur spiritus eius in ipso uidens idolatriae deditam ciuitatem. Disputabat igitur in synagoga cum iudaeis et colentibus et in foro per omnes dies ad eos qui aderant. Quidam autem epicurei et stoici philosophi disserebant cum eo. Et quidam dicebant quid uult seminiuerbius hic dicere. Alii uero xenarum daemoniorum uidetur adnuntiator esse. Quia iesum et resurrectionem adnuntiabat eis. Et adprehendentes eum in areopagum ducebant dicentes possumus scire quae haec nouella a te dicitur quae enim nouas infert auribus nostris uolumus ergo scire quae haec uelint esse. Athenienses autem omnes et hospites aduenae ad nihil aliud uacabant nisi aut dicere aut audire nouum. Stans autem paulus in medio areopagi ait. Viri athenienses per omnia quasi superstitiosiores uos uideo. Praeteriens enim et uidens simulacra uestra inueni aram in qua scriptum erat ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis hoc ego adnuntio uobis. Deus qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt hic caeli et terrae dominus cum sit non in templis manufactis habitat. Nec manibus humanis colitur indigens aliquo cum ipse det omnibus uitam et inspiritum et omnia. Fecit ex uno omne genus hominum habitare super uniuersam faciem terrae definiens statuta tempora et terminos habitationis eorum. Quaerere deum si forte palpent eum aut inueniant quamuis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim uiuimus et mouemur et sumus. Sicut et quidam uestrorum poetarum dixerunt. Ipsius enim et genus sumus. Genus igitur cum simus dei non debemus existimare auro aut argento aut lapidi sculpturae artis et cogitationis hominis deitatem similem esse. Et tempora quidem huius ignorantiae deus contemnens nunc adnuntiat hominibus omnes ubique paenitentiam agere. Eo quod statuit diem in qua iudicaturus est orbem in aequitate in uiro in quo statuit fidem adpellans eum a mortuis. Audientes autem resurrectionem mortuorum quidem irridebant alii uero dixerunt audiemus te de hoc iterum. Sic paulus exiuit de medio eorum. Quidam autem uiri adhaerentes ei credidere in quibus et dionysius areopagita et mulier nomine damaris et alii cum eis. Post haec discessit paulus ab athenis et uenit corinthum. Et inuenit quendam iudaeum nomine aquilam ponticum genere qui nuper aduenerat ab italia et priscillam uxorem eius eo quod praecepisset claudius discedere omnes iudaeos de roma. Et accessit ad eos et quia eiusdem erat artis manebat apud eos et operabantur. Erant autem scenofactoriae artis. Et disputabat in sabbato fratres suadebat iudaeos et graecos. Cum autem uenissent a macedonia silas et timotheus instabat uerbo paulus testificans iudaeis esse christum iesum. Contradicentibus autem eis et blasphemantibus excutiens uestimenta sua dixit ad eos sanguis uester super caput uestrum mundus ego. Ex hoc ad gentes uadam. Et migrans inde intrauit domum cuiusdam nomine titi iusti colentis deum cuius domus erat coniuncta synagogae. Crispus autem archisynagogus credidit domino cum omni domo sua multi quoque corinthiorum audientes credebant et baptizabantur. Dixit autem dominus nocte per uisionem paulo. Noli timere sed loquere et ne taceas propter quod ego sum tecum et nemo apponetur tibi ut noceat te quia populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit autem annum unum et menses sex docens apud eos uerbum dei. Gallione autem proconsule achaiae insurrexerunt iudaei unanimiter aduersus paulum et adduxerunt eum ad tribunal dicentes quia contra legem hic persuadet hominibus colere deum. Incipiente autem paulo aperire os gallio dixit iudaeis si quidem esset iniquum quid aut facinus pessimum o iudaei recte sustinerem uos. Si autem quaestiones sunt de uerbo et nominibus et lege uestra uos ipsi uidete iudex ego horum nolo esse. Et minauit eos a tribunali. Adprehendentes autem omnes sosthenen principem synagogae percutiebant eum ante tribunal et nihil eorum gallioni curae erat. Paulus autem adhuc sustinens dies plures fratribus uale dicens nauigauit syriam et cum eo priscilla et aquila tonsus caput in cenchris habebat enim uotum. Et uenit ephesum et illos reliquit ipse autem ingressus synagogam disputabat cum iudaeis. Qui rogantibus eis ut tempus plus apud eos maneret non consensit. Sed dimisit eos uale dicens. Deum oportet me omnem uenturam hanc festum facere hierosolymis iterum autem reuertar ad uos deo uolente. Et ascendens et salutata ecclesia descendit antiochiam et facto ibi tempore exiit. Et circuiens deinceps galatiae regionem et phrygiam confirmans omnes discipulos. Iudaeus autem quidam apollo nomine alexandrinus natione uir eloquens potens in scripturis deuenit ephesum. Hic erat edoctus uiam domini et feruens spiritu loquebatur et docebat diligenter ea quae sunt iesu sciens tantum baptisma iohannis. Hic coepit fiducialiter agere in synagoga quem cum audissent priscilla et aquila adsumpserunt eum et diligentius illi exposuerunt uiam dei. Cum autem uellet ire achaiam exhortati fratres scripserunt discipulis ut susciperent eum qui cum uenisset multum cooperatus est his qui credidere. Fortiter enim iudaeis ostendebat publice ostendens per scripturas esse christum iesum. Factum est autem dum apollo esset corinthi paulum per superiores partes uenire ephesum et inuenire quosdam discipulos. Dixit ad illos si spiritum sanctum accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum sed neque si spiritus sanctus est audiuimus. Ille autem dixit in quo ergo baptizati estis. Qui dixerunt in iohannis baptismate. Dixit autem paulus iohannes baptizauit baptismate paenitentiae populum dicens in eum qui uenturus esset post ipsum ut credant hoc est in iesum christum. Haec autem audientes baptizati sunt in nomine domini iesu. Et cum inposuisset illis manus uenit spiritus sanctus super eos et loquebantur linguis et prophetabant. Erant autem omnes uiri fere duodecim. Introgressus autem synagogam cum fiducia agebat per tres menses disputans et suadens de regno dei. Cum autem quidam obdurarent et non crederent maledicentes uiam domini coram multitudine discedens ab eis segregauit discipulos cotidie disputans in schola tyranni quidam. Hoc autem factum est per biennium ita ut omnes qui habitabant in asia audirent uerbum domini iesu tam iudaei quam et graeci. Virtutes autem non paucas deus faciebat per manus paulo ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore eius sudaria aut semicinctia et recederent ab eis infirmitates et spiritus nequam exirent ab eis. Tentauerunt autem quidam et de circumeuntibus iudaeis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen domini iesu dicentes adiuramus uos per iesum quem paulus praedicat. Erant autem hoc septem filii scebae iudaei principis sacerdotum qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam dixit iesum scio et paulum novi uos autem qui estis. Et insiliens in eos homo in quo erat spiritus malus et dominatus amborum ualuit contra eos ita ut nudi et uulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus iudaeis et graecis qui habitabant ephesum et cecidit timor super omnes illos et magnificabatur nomen domini iesu. Multique credentium uenerunt confitentes et adnuntiantes actus suos. Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati contulerunt libros et conburebant coram omnibus et conputatis pretiis illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium. Ita fortiter crescebat uerbum dei et confirmabatur. Haec autem cum consummata essent proposuit spiritu paulus transito macedonia et achaia ire hierusalem dicens quoniam postquam fuero illic oportet me et romam uidere. Mittens autem in macedoniam duos ex ministrantibus sibi timotheum et erastum ipse substinuit tempus in asia. Circa tempus autem illud factus est tumultus non modicus de uia domini. Quidam enim nomine demetrius argentarius faciens aedes argenteas dianae praestabat artificibus non modicum quaestum. Quos conuocans et eos qui eiusmodi erant operarios dixit uiri scitis quia de hac opificio est nobis adquisitio haec et uidetis et audistis quia non solum ephesi sed paene totius asiae paulus hic suadens auertit multam turbam dicens quoniam non sunt dii qui manibus fiunt. Non solum autem haec periclitatur nobis pars in redargutionem uenire sed et magnae dianae templum in nihilum reputari sed et destrui maiestatem eius quam tota asia et orbis colit. Audientes autem et repleti ira clamabant dicentes magna diana ephesiorum. Et impleta est tota ciuitas confusione. Rapientes autem gaium et aristarchum macedones comites pauli impetum fecerunt unanimes in theatrum. Paulo autem uolente intrare in populum non permiserunt discipuli. Quidam autem et asiarchae qui erant amici illius miserunt ad eum rogantes ne se committeret in theatrum. Alii autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa et plures nescierunt quam ob rem conuenissent. De turba autem detraxerunt alexandrum propellentibus iudaeis eum. Alexander autem manu silentium indicens uolebat rationem reddere populo. Cognito autem quod iudaeus esset uox facta est una omnium quasi per horas duas clamantium magna diana ephesiorum. Cum autem sedasset scriba populum ait uiri ephesii quis enim est hominum qui nesciat ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnae dianae et eius quae diouis cecidit imaginem. Cum ergo his contradici non possit necesse est uos sedatos esse et nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos neque sacrilegos neque blasphemantes deam uestram. Quod si demetrius et qui cum eo sunt artifices habent negotium aduersus aliquem conuentus forenses sunt et proconsules sunt accusent alter alterum. Si quid autem amplius quaeritis in legitima ecclesia poterit expedire. Periclitamur enim et arguere de hodierna seditione cum nullus obnoxius sit de quo non possimus reddere rationem concursus huius. Et haec cum dixisset dimisit ecclesiam. Postquam autem cessauit tumultus conuocatis paulus discipulis et exhortatus eos ualefaciens profectus est ut iret macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas et exhortatus eos fuisset uenit in graeciam. Et cum tres menses fecisset facta est insidiis illi a iudaeis imminentibus ei nauigaturo in syriam habuit consilium ut reuerteretur per macedoniam. Comitatus est autem eum usque asiam sopater pyrri beroeensis thessalonicensium autem aristarchus et secundus et gaius derbeus et timotheus asiani autem tychicus et trophimus. Hi autem praecedentes manebant nos troade. Nos autem nauigauimus a philippis post dies azimorum et uenimus ad illos troadem in diebus quinque ubi et demorati sumus dies septem. In una autem sabbatorum cum conuenissemus ad frangendum panem paulus disputabat eis profecturus in crastinum et protraxit sermonem usque media nocte. Erant autem lucernae copiosae in cenaculo ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adulescens nomine eutychus super fenestram cum oppressus somno grauiter disputante paulo diutius et mersus somno cecidisset de tertio cenaculo sublatus est mortuus. Descendens autem paulus incubuit super eum et complexus dixit nolite turbari. Anima enim ipsius in illo est. Ascendens autem et frangens panem et gustans satisque allocutus usque in lucem sic profectus est. Et adduxerunt puerum uiuentem et consolati sunt non minime. Nos autem ascendentes nauem nauigauimus assum inde recepturi paulum. Sic enim disposuerat ipse per terram iturus. Ut autem conuenit nobis assum recepimus eum et uenimus mitilenen. Et inde nauigantes sequenti die uenimus contra chium et alia transmisimus samum et sequenti uenimus miletum. Proposuit enim paulus transnauigare ephesum ne quod illi accideret tempus in asia. Festinabat enim si sibi possibile esset diem pentecostes facere hierosolymis. Mittens autem miletum conuocauit maiores natu ecclesiae ephesi. Et cum uenissent ad illum et simul essent dixit eis. Vos scitis a primo die quo ingressus sum asiam qualiter uobiscum per omne tempus fuerim seruiens domino cum omni humilitate et lacrimis et temptationibus quae mihi acciderunt ex insidiis iudaeorum. Qualiter subtraxerim nihil utilium quominus annuntiarem uobis et docerem uos palam et per domos testificans iudaeis et graecis in deum paenitentiam et fidem quae est in domino nostro iesu christo. Et nunc ecce ligatus ego spiritu uado hierusalem quae mihi in illa eueniant nesciens. Nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur dicens quoniam uincula me et tribulationes manent hierusalem. Sed nihil horum uereor nec facio animam meam pretiosiorem quam me ut consummem cursum meum et ministerium quod accepi a domino iesu testificari euangelium gratiae dei. Et nunc ecce ego scio quoniam amplius non uidebitis faciem meam uos omnes per quos transiui praedicans regnum dei. Quapropter testificor uobis hodierna die quoniam mundus ego sum a sanguine omnium. Non enim subtraxi minus uobis omne consilium dei annuntiare. Attendite uobis et uniuerso gregi in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quam adquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in uos non parcentes gregi. Et ex uobis ipsis exurgent uiri loquentes peruersa ut abducant discipulos post se. Propter quod uigilate memoria tenentes quoniam per triennium nocte et die non cessaui cum lacrimis unumquemque uestrum monere. Et nunc commendo uos deo et uerbo gratiae ipsius qui potens est aedificare et dare hereditatem in sanctificatis omnibus. Argenti aut auri aut uestis nullius concupiui sicut ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi opus erant et his qui mecum sunt ministrauerunt manus istae. Omnia uobis ostendi quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos et meminisse uerbi domini iesu quoniam ipse dixit beatius est magis dare quam accipere. Et cum haec dixisset positis genibus suis cum omnibus illis orauit. Magnus autem fletus factus est omnium et procidentes super collum pauli deosculabantur eum dolentes maxime in uerbo quod dixisset non se amplius facie eius uisuros. Et deducebant eum in nauem. Factum est autem ut nauigaremus sublatis eis et recto cursu uenientes coo die sequenti in rodum et inde patara. Et cum inuenissemus nauem transfretantem ascendentes in eam nauigauimus. Et cum apparuisset cyprum et relinquentes eam a sinistris nauigabamus syriam et uenimus tyrum. Ibi enim navis onus exponebat. Et inuentis discipulis mansimus ibi septem. Qui paulo dicebant per spiritum ne ascenderet hierusalem. Et cum complessemus dies exeuntes ibamus profecti deducentibus nos omnibus cum uxoribus et filiis usque foras ciuitatem. Et positis genibus in litore orauimus et ualedicentes inuicem ascendimus nauem illi autem reuersi sunt in sua. Nos autem nauigationem complentes a tyro uenimus ptolemaidem et salutatis fratribus mansimus die uno apud eos. Postera autem die exeuntes eramus ptolemaide uenimus caesaream et intrantes domum philippi euangelistae qui erat unus de septem mansimus apud eum. Huic autem erant filiae quattuor uirgines prophetantes. Et cum plures dies ibi demorati essemus descendit quidam a iudaea propheta nomine agabus. Et uenit ad nos et tollens zonam pauli alligansque sibi pedes et manus suas dixit haec dicit spiritus sanctus uirum cuius est zona hanc sic alligabunt iudaei in hierusalem et tradent in manus gentium. Haec cum audissemus rogabamus nos et hi loci ne ascenderet hierusalem. Tunc respondit paulus quid facitis flentes et affligentes cor meum. Ego enim non solum alligari sed et mori hierusalem paratus sum propter nomen domini iesu. Cum autem suadere eum non possemus quieuimus dicentes fiat uoluntas domini. Post dies autem istos adponentes ascendebamus hierusalem. Venerunt autem et discipuli de caesarea nobiscum adducentes apud quem hospitemur mnasonem quendam cyprium antiquum discipulum. Cum autem uenissemus hierusalem libenter suscepti sunt nos fratres. Sequenti autem die introibat paulus nobiscum ad iacobum omnesque conuenerunt seniores. Quos cum salutasset narrabat per singula quae fecisset deus in gentibus per ministerium suum. At illi audientes magnificabant dominum dixerunt quoque ei uides frater quot milia sunt in iudaeis qui credunt et omnes aemulatores sunt legis. Audierunt autem de te quia discessionem doceas a moyse eorum qui per gentes sunt iudaeos dicens non circumcidere filios neque secundum consuetudinem ambulare. Quid ergo est quid utique audient quia uenisti. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quattuor uotum habentes super se. Hos adsumens sanctificare cum illis impende in illos ut radant capita et scient omnes quia quae de te audierunt falsa sunt sed ambulas et ipse custodiens legem. De his autem qui credidere gentium nos scripsimus iudicantes ut abstineant se ab immolato idolis et sanguine et suffocato et fornicatione. Tunc paulus adsumptis uiris die sequenti purificatus cum illis introibat templum adnuntians expletionem dierum purificationis donec offeretur pro unoquoque eorum oblatio. Cum autem septem dies consummarentur qui de asia iudaei uiderunt eum in templo concitauerunt omnem turbam et iniecerunt manus in eum clamantes uiri israhelite adiuuate. Hic est homo qui aduersus populum et legem et locum hunc omnes ubique docens adhuc et graecos introduxit in templum et uulgauit locum sanctum hunc. Uidebant enim trophimum ephesium in ciuitate cum eo quem existimabant quod in templum introduxisset paulus. Commota est autem omnis ciuitas et facta est congregatio populi et adprehendentes paulum trahebant eum extra templum et statim clausae sunt ianuae. Quaerentibus autem eum occidere nuntiatum est tribuno cohortis quia tota conturbata est hierusalem. Qui statim adsumptis militibus et centurionibus decucurrit ad eos. Illi autem uidentes tribunum et milites cessauerunt percutere paulum. Tunc adpropians tribunus adprehendit eum et iussit duabus catenis ligari et interrogabat quis et quid esset quod fecisset. Alii autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset cognoscere certum propter tumultum iussit duci eum in castra. Et cum descendisset gradus contigit ut portaretur a militibus propter uim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamans tolle eum. Et cum coepisset in castra duci dixit paulus tribuno si licet mihi aliquid dicere ad te. Qui dixit graece nosti. Nonne tu es aegyptius qui ante hos dies seditionem fecisti et eduxisti in desertum quattuor milia hominum sicariorum. Dixit autem paulus ego uir iudaeus tarsensis cilix non obscuri municipii ciuis sum. Rogo autem te permitte mihi et loqui ad populum. Et cum permisisset paulus stans in gradibus manu silentium indicens populo et magno facto silentio adloquebatur hebraica lingua dicens. Viri fratres et patres audite quam ad uos nunc reddo rationem. Cum audissent autem quia hebraica lingua adloquebatur illis magis praebuerunt silentium et ait. Ego sum uir iudaeus natus tarsi cilicii educatus autem in ciuitate hac secus pedes gamalihel eruditus secundum ueritatem patrii legis aemulator legis sicut et omnes uos hodie estis. Qui hanc uiam persecutus sum usque ad mortem uinciens et tradens in custodias uiros ac mulieres. Sicut et principem sacerdotum testimonium mihi reddit et omne seniorum concilium a quibus et epistulas accipiens ad fratres proficiscebar damascum ut adducerem et hos qui ibi erant uinctos in hierusalem ut puniantur. Factum est autem mihi iter facienti et adpropiante damasco circa meridiem subito de caelo circumfulsit me lux copiosa. Et cecidi in terram et audiui uocem dicentem mihi saule saule quid me persequeris. Ego autem respondi quis es domine. Dixit autem ad me ego sum iesus nazarenus quem tu persequeris. Lumen quidem uidebant et timuerunt sed uocem non audierunt loquentis mecum. Dixi autem quid faciam domine. Dominus autem dixit ad me surge et uade damascum et ibi tibi dicetur de omnibus quae constituta sunt tibi ut faciam. Et cum non uiderem prae claritate luminis illius ad manum deductus a comitibus uenio damascum. Ananias autem quidam uir secundum legem testimonium habens ab omnibus iudaeis habitantibus damasci uenit ad me et adstans dixit mihi frater saule respice. Ego autem eadem hora respexi in eum. Ille autem dixit deus patrum nostrorum praeordinauit te ut cognoscas uoluntatem eius et uideas iustum et audias uocem de ore eius quia eris testis illi apud omnes homines eorum quae uidisti et audisti. Et nunc quid cunctaris surgens baptizare et ablue peccata tua inuocato nomine eius. Factum est autem mihi reuertenti in hierusalem et orante me in templo fieri me in stupore mentis et uidere illum dicentem mihi festina et exi uelociter de hierusalem quoniam non recipient testimonium tuum de me. Et ego dixi domine ipsi scient quia ego eram concludens in carcerem et uerberans per synagogas eos qui credebant in te. Et cum effunderetur sanguis stephani testis tui ego astabam et consentiebam et custodiebam uestimenta interficientium eum. Et dixit ad me uade quoniam ego in nationes longe mittam te. Audiebant autem illum usque ad hoc uerbum et leuauerunt uocem suam dicentes tolle de terra huiusmodi non enim fas est eum uiuere. Vociferantibus autem illis et proicientibus uestimenta et puluerem iactantibus in aera iussit tribunus duci eum in castra dicens flagris cogi eum et torqueri ut sciret propter quam causam sic acclamabant ei. Et cum adligasset eum adstrictionibus dixit paulus centurioni ad quem stabat. Si hominem romanum et indemnatum licet uobis flagellare. Audiens autem centurio adiit tribunum et nuntiauit ei dicens quid acturus es. Hic enim homo romanus est. Accedens autem tribunus dixit ei dic mihi si tu romanus es. Ille autem dixit etiam. Respondit autem tribunus ego multa capitulatione ciuitatem hanc romanus factus sum. Paulus autem ait ego autem et natus sum. Statim ergo recesserunt ab eo qui eum erant torturi. Tribunus autem timuit postquam cognouit quia romanus esset et quia eum alligasset. Postera autem die uolens scire certius quam ob causam accusaretur a iudaeis solutum eum a uinculis iussit uenire principes sacerdotum et omne concilium eorum et producens paulum statuit in medium eorum. Et intuens paulus concilium dixit uiri fratres ego omni conscientia bona uixi deo usque in hodiernum diem. Pontifex autem ananias praecepit adstantibus ei percutere os eius. Tunc paulus dixit ad eum percutiet te deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem et contra legem iubes me percuti. Qui adstabant dixerunt pontificem dei maledicis. Dixit autem paulus nesciebam fratres quia pontifex est. Scriptum est enim principem populi tui non maledices. Sciens autem paulus quia pars esset una sadducaeorum et altera pharisaeorum clamabat in concilio uiri fratres ego pharisaeus sum filius pharisaei de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hoc dixisset facta est dissensio inter pharisaeos et sadducaeos et dissensa est multitudo. Sadducaei quidem dicunt non esse resurrectionem neque angelum neque spiritum pharisaei autem confitentur utrumque. Facta est autem clamor magna et exurgentes quidam pharisaeorum pugnabant dicentes nihil mali inuenimus in homine hoc quid si spiritus locutus est ei aut angelus. Cum autem dissensio fieret magna timens tribunus ne discerperetur paulus ab ipsis iussit militem descendere et auferre eum de medio eorum et ducere in castra. In nocte autem sequenti adstans illi dominus dixit confortare paule sicut enim testificatus es de me hierusalem ita te oportet et romae testificari. Facta autem die congregantes se quidam iudaeorum alligauerunt se exsecrantes dicentes neque manducare neque bibere donec occidant paulum. Erant autem amplius quam quadraginta qui hanc coniurationem fecerant. Qui adierunt principes sacerdotum et seniores et dixerunt anathemate deuouimus nos nihil gustare donec occidamus paulum. Nunc ergo uos significate tribuno cum concilio ut producat eum ad uos quasi quae certius inquirere de illo et nos priusquam appropiet ei parati sumus interficere eum. Audiens autem insidias filius sororis pauli adueniens et introgressus castra nuntiauit paulo. Paulus autem adpellans unum de centurionibus ait adulescentem hunc perduc ad tribunum habet enim aliquid quod nuntiet illi. Ille quidem adsumens eum perduxit et ait uinctus paulus adulescentem hunc perduxit ad te habentem aliquid loqui tibi. Tribunus autem adprehendens manum eius et secedens seorsum exquirebat quid esset quod haberet nuntiare ei. Et ait quia iudaei conuenerunt rogare te ut crastina die producas paulum in concilium quasi quae aliquid certius inquirere de illo. Tu ergo ne credideris eis. Insidiantur enim ei ex hominibus amplius quam quadraginta qui exsecrati sunt se neque manducare neque bibere donec occidant eum et nunc parati sunt exspectantes a te promissionem. Tribunus quidem dimisit adulescentem praecipiens nemini dicere quia haec significasset ei. Et conuocatis duobus centurionibus dixit parate milites ducentos ut eant usque caesaream et equites septuaginta et lanciarios ducentos hora tertia noctis. Et iumenta inponere ut inponentes paulum saluum perducant ad felicem praesidem. Timuit enim ne forte adprehensum eum a iudaeis interficerent et postea crimen acciperet tamquam pecuniam accepturus. Scripsit autem epistulam continentem hoc modo. Claudius lysias optimo praesidi felici praesidi. Virum hunc adprehensum a iudaeis et incipientem interficere ab eis superueniens cum exercitu eripui didicique quia romanus est. Volens autem scire causam quam obiciebant ei duxi eum in concilium eorum. Quem inueni accusari de quaestionibus legis eorum nullum autem crimen habentem dignum morte aut uinculis. Mihi autem indicato insidias futuras ab hominibus hoc ad te misi praecipiens et accusatoribus eius dicere apud te quae aduersus eum habent. Vale. Militibus ergo secundum quod praeceptum est adsumentibus paulum perduxerunt per noctem in antipat

ut hec sup̄ ij ca° Deus i nob̄ elegit
p os meū audire gentes q d ego
no iui ad p̄dicand cornelio et a
lijs ge nalg ecclie cū eo ꝓpa
voluīt̄ sed ex dīna missione ut
p sup̄ d° ca° et qui nauit eccl
deus ipe em videt ea que patet
deus aute intuet cor ut ꝑ pos
testimoniū phibuit q̄ erant iust
ficati lic̄ essent incirc̄ si dans illis
spm̄ sīm̄ nr̄m sensibilē mō
nob̄ nichil discreuit
mit nos cōfessos et illos mūdā
fide christi xpi purificans cor
da eoꝝ et no mūdatione carnis et
abluc̄one legalīū et hinc epla
dit ꝑ totū d nūc q̄ quid tempta
tis dm ut em dicat mgl̄o ille dm
temptat qui alt̄ qua ipe p̄cepit
facē laborat sic faciebat illi qui
dicebat legē circūcidi sine observa
cōe legaliū no sufficit ad salutem
quod nr nos nr̄ pres nr̄i portare
nō ualuim̄ hoc dicit de iudicialib̄
ceptis et cerimonialib̄ ꝑ iudicialia
edificatiue et cerimonialia multa rem
moralia vō p̄cepta que sūt de lr
tamē legis nālis abluēda sūt
et remanēt in lege nona Dicēdo
em q̄ iudicialia et cerimōialia no
sicut simpliat inabluabilia un
dicat pecc in ecclesiā fidei cathe
anathema sit qui d dm aliq̄ i
possibile p̄cepisse q dicat inabl
uabilia ꝑ de difficile abluibilia
sicut dicat aliq̄ impossibile ut de
difficile possibile aut me sed p
gram dm nr̄i ihu xpi credim̄ q
saluari et nos p aqua legis q̄ admod
et illi s pres veteris testamēti un
de abrahm dicit qui pr̄ aliqua
esset circūcisus credidit abrahaam deo
et reputatū e ei ad iustiā excepto
ꝑ q̄ non sunt iustificati eo circūcisi
me q̄ eo fide circūcisionē precede
dm q̄ deducit apl̄us nūc mō tu
hut aute omiss multitudo ecclesie

petro et audiebant barnaba et pau
lū ꝛc ubi ponit aliud argumentū
p pte ista missi em deus gustione
gentibus mīrabilē apparuit sic
et p dicta meis p apl̄os no fecisse
ecclie postea sic dm ponit dicat
de miraculis eū dicat rendit iacobꝰ
dicit em cpus possolimitanꝰ ecclie
ideo licet petro ecclie p̄cipalit
mit alios apl̄os tn de tulit ei in
sua dyoc ut de miraculis dubiū
posset et uni soli fide dicat no
cerne audite me s gemis de miracle
symon narrauit ꝛc et p eodem
modū et hinc s dicto eius con
cordant verba yphetaꝝ de gentī
vocande laqueū tendit in missili
una auēte ad spūm cū dicat sic
spūs s cernas q̄ q sicut ibidem
dictū fuit metallice de reedifi
catione templi p unionē judeoꝝ et
gentiū in una fide posse et ad m
tellem huius auctis que allegat h
sm̄ tristitiam hyp̄. aliqua hinc
repetenda sūt que dicta fuerūt
amos ꝓ fine c q̄ expte notat
dauid in psalmo ve te effec in q
hr̄ veniens filij israel et quesierūt dom
dm̄ suū et dauid regē suū ubi cir
lacū chaldaicū apud hebreos aute
tura sic habet post hec reuertent
filij israel et quesierūt cultū dei sui
et obedient messie filio dauid re
gi suo et simul ueniūt ad ꝓpm̄ ecce
uiēnt dno deo suo et dauid regi
suo ubi tristicia chaldaica sic hz
tolent coram dno deo suo et obe
dient messye filio dauid Secdm
e q̄ una eccl e que incepit
a primo abel iusto usq̄ ad ultim̄
electū qui in fine mūdi nascetur
est ut de beato iohanne amicus spōi
dicit e q̄ ista eccl vocat ta
bernaculū in umbraculis dicit ysaie
dilata locū/ tentorii tui ecce tabernaculū dei ad
hoīes christus p missū deponat hīa ut
dicat mp̄ia dei post hec et post

cursu vetis testi trūcat/ ad gen̄
Iudaīū nām Iherm assumebat et
edificabo tabnaclm dāud/ i. eccl̄a
dei sui. p̄ū p̄dicatōem xp̄i et
apl̄oz̄ quos decidit p̄ mīta pena
et massis p̄ ydolatriam mīt̄plicē
et diruptū eis reedificabo/ quia
gentiles erant diuisi p ydolatriam
mīt̄plicat aliquib̄ colentib̄ iouē
et alijs dijs et sic de alijs dijs
gentiū similit̄ iudei erant diruptī
et diuisi p ydolatriam mīt̄plicem
et diuisi p vanos errores, nā alij
negabāt resurrectōem, sm̄ et an-
gelū ut dom̄ et supi et aliqui irrita
faciebāt mādata dei p suas tra-
ditiones/ quas et valde erroneas
que oīa fuit amota p p̄dicatōez
xp̄i et apl̄oz̄ et erigam eā/ p mīta
et magna mīdula ad ecclesiasticā
fidei fidē sēcta ut requirat ad
hoīm/ e. gentiles dīm/ qđ p̄z p ea
bem impletū notū a seculo est deo/
i. ab eterno et sibi notū opus suum/
qđ disposuit operari mīte et voca
re gentiū p̄ qđ ego iudico non
inquietādos eos qui ex gentib̄ cōuer-
tuntur p̄ deū et legalia obseruare et sibi ad eos p̄
venire scd̄m tamen eos et iudeos ut
abstineāt se a tribus cibis sanu-
lachoz̄/ et de gmeshone de ydolatijs
et de hoc de facili possent iudei
suspicari q̄ gentiles vellent ad y-
dolatriam reuti et fornicatōez/ qua
gentiles q̄m credebāt ee licita
p̄ qđ nichil fuit eis cum phlibet
et suffocato et sanguine/ sicut et mi
cibis qui de idolothimo abhorre-
bant et ita licet esse licitis cibis
et p̄ amicabile societatē seruari
fuit gentilib̄ ut abstinerent a talib̄
sicut frequēt q̄ngit p aliquos ab
stinere a cibo quē scit ab hoīe abi
le ee socio suo p̄cedente autem
hoc cessante ea/ cessabit effectus
mutatis causis. Docētur vitate qui-

saluator. q̄ p̄ū qđ nichil p̄ se
merat coinquinat hoīne et p
nichil e reiciendū p̄ eū gentes ac
cēpit papie ut de p̄o thymotheo
inf̄ p̄ dicēs em/ i. sequēs moysi
p̄ceptis antiquis in singul
ciuitatib̄ qui eū p̄dicent ille
em tpe/ cum nō adū publicato
essent iudei ob huiusce legis fir
mitatē dom̄ et supi in epl̄is suis
fuit placitum/ sicut q̄m̄ de
mādatis vitalib̄ publicū eis dixit
Fuit placuit apl̄is et seniorib̄
cū oī eccl̄ia/ ista sic explicat
ad q̄ndū p̄ hec de cōmixtione cib̄
ab oīb̄ abhorrata absq̄ aliqua
dissensione eligere viros/ ut sic
manifestaret de cōmixtione sicuti
et vbi. viros p̄mos inferiores/ qui
licet nō essent apl̄i tm̄ essent de
natalibus ipsis post apl̄os ut sic
magis eis credēt et eoz̄ legi
solempnia. reddēt q̄m audiuit
p̄ quosdā exeuntes a
nra sanctitate discedentes turba
uerint nos vbis/ ualentes nob
impone impossibile onus legis
Eligentes eos nob/ i. a vtate
euangelij quib̄ nō mandauit/
talia docē sicut ipm̄ fecerunt nota
patent. usq̄ ibi. Qui tradiderunt
animas suas/ e. exposuerunt se pri
culo mortis p̄ nōie dn̄i/ nr̄i i. p
p̄dicatōe nobis xp̄i qui et ipsi
referent nob vbis hec eadem/
que scribim̄ in epl̄a ut ea ipsa
et hoc maxime. gentes essent vo-
lūtarie/ visis et cum spū sēcto/ a quo
nā q̄e egredi n vīm et sōm. et
nobis/ qui scribim̄ sm̄ eius instinctū
nichil vlt̄ ut ab impone nobis
oneris legaliū obseruatōez/ qua
hec māia/ ad vitandū q̄m cum
iudeis et eccl̄ia simitina ut absti
neat ii/ rōnib̄ p̄ductis et sci
mitatōe/ qua ceremonie licita fu
tarū et ideo abstinēdū est/ alioq̄

no solu ꝙ̄ amicabile societate ad
judeos ꝙ̄ ꝑ nouitate salutis recta pa
tent ipsi ibi gaudi sup gsola
cio/ eo ꝙ expediti erant ale ffone
judas aut̄ & syl̄as & ipi ad ē
plete/ & illustati a dño ffide dono
uerbo plimo gsolati sut̄ fres/ vese
rendo ea que ēnt̄ mēcta ad ma
iorē affirmacōm & confirmauert/
mfide recta patet ipsi ibi msit e
aut̄/ tota hui ista ipsi ibi paulq
aut̄/ exclusiue nō ē impetrat nr
mlibꝰ correct ꝙ̄ ꝑmo sicut appe
rata ꝑmadu q̄dse/ eo ꝙ postea
subdit̄ q̄ paulq exons antyochie
incepit syl̄a insedu & postea m
sim e locuti ꝑmpta scriptora/
docentes et euangelizantes/ ad
plemore instructem & gfirmacō
credencia/ dest aliquot ii ꝙ supq
de scripta & publicata euangelij ꝑ
paulū in societate barnabe/ hic
qm̄ ꝑmit̄ eade publicata ꝑ eu
in societate syle et dimisit mdu
ad pres/ ꝙ ꝑmo ponit̄ pauli et
barnabe separacio ꝙ̄ ipiq & syle
assūpcio à paulq ꝛc/ dicta ꝑmꝰ
scripit ad barnabā paulq/ qui de
salute hām ēnt̄ valde sollicitq
uolentes visitem fres/ hic/ se
quo se habent/ & vide dmg si fir
me stent barnabas autem/ &
hoc gsentiens volebat secū assu
mē johem/ eo ꝙ ēt̄ sibi familia
ris paulq aut̄ negabat eu/ sc̄z
barnabat ut absistet a societate
sciis eo ꝙ abisse discessiss ab eis
de pamphilia nec hec supq ꝑmo
discessit ēt̄ cū timore periculoꝝ in
minentiū ut amare nimis carnali
ad mirem moueret ihesum aut fo
te ea vtus ꝙ̄ qd paulq eu re
prehebat nā illi qui vadut̄ ad p
dicandu debent ee valde firmi
et ab amore carnali segregati
et mayorme ꝙm vadut̄ mē mfide
les et psecutores sicut ēt̄ imperito
facta ē aut̄ dissensio/ nō tm
dria caritatis ꝙ̄ quilibet eoꝝ re
spiciebat ad bonū moꝝ tm alia
& alia rōnabiliter ecclesiastice ꝙ̄
ex hac facta ē maior fructuū pdi
cacionis eo ꝙ p̄ duauerit mpublicis
locis et barnabas quidē assūpto
marco nauigauerit cyprū/ inde
ēt̄ oriundus ut habet̄ supra mēcio
ut confirmaret eos mfide/ paulq
vō/ hic qm̄ ponit̄ p̄dicta paulī
cū syla. ecclia qua ꝑmo pō. multis
paulli discursibus p orbem ad p̄dicā
dū eis receptus & ihesum ad ecclesiā
& ibi ubi p̄secutq fuerat ecclia
ibi p ea fuerunt̄ p̄secutores ha
buerunt ecclia/ ubi hijs aut̄ ex
pletis/ ꝛc medium cale ꝑmo ihesus
ꝙ̄ ꝑmo ponit̄ discessū pauli ad co
firmandū gnsos eo ad gētes dum
no dū gnsos ecclia/ ubi tribulacio
aut̄/ ꝑmo ad huc intres ꝙ̄ ꝑmo
discipulos ad confirmandū mapud
eū associacio thymothei mēcionat̄
inspiritu exortat ibi cū aut̄ p̄transisset
ecclia ꝑmu dicit̄ paulq vō certo
syla/ mscau ꝑ barnaba p̄fecta e
ad p̄dicandū traditq gre dei/ &
vectigalia q̄ assilq ꝑ eas deuate
orantibꝰ Ambulabat aut̄ sy
riam & cilicia cōfirmans/ confirmā
do eccias quas orte dī barnaba inst
tuerat̄ ꝓpiens custodire mā
data apl̄oz/ ꝓxima ca° precedenti
ad vnione gentiliū & judeoꝝ ihs

Cap° xvi°

Peruenit aut̄/ hic ponit̄ associacio thymo
thei cū dicit̄ ecce dyci
paulq quida/ ꝛ notabil in fide et
moribꝰ mulieris judee fidelis ec
dem̄ impiū huic testimoniū red
debat̄/ de fide & moribꝰ eoꝝ quo
ꝓ ꝙ in sanctitate erat frōnesius

hec valuit paulo secu ppiasci/ ad
ppandu verbu dei et assumes
eu/ pp iudeos ne secunda
lizaret ab duando secu yoren
mesusci de mre iudee natum
ne ista causatio fuit facta aut de
pmino/ pp qd ut dicit augustin
pp illo tpe nati de iudaismo et
diti ad xpm potent licite legi
lia huiusce plebis em sequit ven
tres et pp maior e ciuitudo de
mre qua de pce et io licet pau
lo gentilis esset reputabat iu
deus et ducebat em oms qp pu
lo gentilis/ hoc aute dicitur
pp similit erat natu pp pe non
pmisserat eu circudi sic agit pau
lus eu circudendo no male faciat
pp plis pp erat licitu ut ault fuit
dictu iudeis/ Tytu vo qui gen
tilis erat ecpue et mire no cir
cidit ut hic habet galathi ii/ Cu aut
hic resuit ppositu ad confirmandu
credentes et pp hui usq ibi Et
quida confirmabat fides/ ita pp
augmentabant fideles mlo et
multiplicabant/ hic pmr describit
ppositu pauli ad gustione insidi
liu et pmo ondit inquily regionibz
phibui fuit predicare et hoc ex di
uina revelatione/ s. in asya/ et bythi
nia/ pp cui maia fructu e mi
bat milos alios predicando et pp
hea/ Cu aute puenissent hic pmr
ponit inquily regionibz predica
ut paulo/ pp primo predicabat in
regno macedonie pro inquibus
alijs pribz grecie pa capit ac
uenit ibi Ciu aute deducebat/
pma i duas pp primo describit vo
catio pauli ad macedonia pro
eis predicatio ibidem Exemplu aut
hec pma dicit. Cu aute p ois
sent mysiam descenderut troa
dem/ noia sut ciuitatu ois ma
cedonie et visio p nocte pauli

onis est/ a deo vir macedo/ i. sti
tuens viri tymis habitu et effigie
macedonis tysiens i macedonia
adiuua nos/ a hucusq ando nob via
salutis ut aute visu vidit ii/ pp
pauli sut certificati pp no est
visio vana pp a deo e missa et
de hac sociis suis certificauit Iceta
patet ulgi ibi Et inde philippos/
ciuitas i de no dicit a philippo re
ge macedonie pre alexandri
magni/ que i pma pris macc
donie/ est em pma ciuitas ac
cedens de ecutilg de mare ex
illa pte qua paulus cu sociis sus
ecuit ciuitas colonia/ dicit at
colonia que defectu mdge nor
repletur colentilg alijs et sic
nouat agricultura agri Exemplu aut
de septo accessu ad macedonia
hic gmr describit pdicta facta ide
et pma in philippis ciuitate pro
inthessalonicensi/ que i est ciuitas
macedonie/ ut dicit pcedo implicite
sup pma est am ad thessalonicen
sis pmit xviii° capo pma i duas
pp pma pro pauli pdicatione pro in
surgens persecutio ibi facta i
aute/ tra pma dicit Exemplu at
in hac urbe/ s. philippis diebz
aliquad et nitebz/ volebat em
paulo ad fidem pdicatam pplis
huius quia pcepit ubu dei Die
aute sabbatorum/ i. quies ab opibz
inquis magis congregat pplus ubi
videbat ora esse i locus aptus
ad orand et pdicand loquebatur
eis mulieribz que conuenerat/
solent em esse magis deuoti pp
viri et quedam mulier lydia/ pro
pmit aute eius nomen ad maio
rem hystorie euidentiam purpura
ria/ pp purpura vendebat i q
est res pciosa/ erat em ciuitas
ita pp consequentibz ciuitatis

thyatirenoz/ De hac ciuitate dicit
apūs ꝙ/ et angelo thyatire scribe
Scribe de hac cm ciuitate erat ori
unda hec mulier q̄ mancipabat imp̄i
lippis que repleta erat calamis a
bis aut dictu e colentis dm/ ga
cm arte gūsa fuerat de gentili
tate ad iudaismū mgno calle
vng deus Cuius aperuit cor dns/
ha cm no pt dici nisi certis
ponenda q̄ deus docet interius me
tem illuminando Ideo dicit pdica
toribus ꝙ sup sine me nichil
potestis facere Cū aut baptiza
ta esset et domus eius/ rogauit
que erat magna ꝙ postea subdit
introite in domū meā et manete/
aut ibi quescat et refocillamini
no ei vna die q̄ plurib⁹ hoc
cm impetrat ma sid et patet ea
dicere fuisse et erat valde deus
tem ꝙ subdit et coegit nos/ pa
lg valde efficaciter Factu e aut
hic q̄m descendit insurgens p
secucas cauid primo pomit actu
sia eu de tractu e aute ea tribg
nob ad oratione et ad locu oratis
puella q̄da habens spm pithonē/
i. diuinante no cm ista puella
erat sic pythonissa sicut illa mlr
pythonissa de qua hēt ꝙ regū
xxviii/ Illa cm no erat absessa
a demone q̄ p arte magica fa
ciebat apparere demone in silutu
dne alicuius mortui ad deludu
ensu de occultis aut dictu fuit
ibidem ysa xlvii ibidem Imo et
de mon exons in ea dabat re
sponsa ꝙ mitra sue a demonib⁹
q̄nita que hominib⁹ sue ac
culta et hec ma responde da
pstabat magnu questu dnis
suis clamabat dicens ista homines/
Dicit hic glosa q̄ timore spūs
sti cogente spūs mendax vel lo
quebat q̄ hoc no vi vm ꝙ subdit
Dolens aute paulus/ no cm do
luisse de hac q̄ spūs scī cogere
facti fuisse ne illud impediuisset
ꝙ q̄d videt melig dicendo/ q̄ pau
lg imposuit alle puelle silentiu ei
